Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

acquiri per quod in aliquo derogetur quominus in kathedrali predicta vel aliis ecclesiis Civitatis vel dioc. providere possimus iuxta nobis per apostolicas litteras traditam nobis formam. In quorum etc.

Collacio canonicatus ubi non est distinccio prebendarum

185. Universis etc. Cum favore devocionis intuetur [?] dignum duximus ut eos qui se nobis per continue devocionis studia grato exhibent et devote prosequuntur prerogativa et favoris et gracie specialis ut eorum nominata debitum complaceat et alii eorum exemplo forcius et frequencius accendantur. Sane cum in ecclesia cuius cura et administracio in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam est commissa et in qua licet sit certus canonicorum numerus prebendarum tamen distinccio non habetur canonicatus per mortem olim [illegible] ecclesie canonici vacaverit. Nos attendentes bone fidei et apte devocionis effectum necnon grata et accepta servicia quibus dilectus nobis in Christo talis clericus domesticus et familiaris noster nobis studuit actenus et adhuc studet assidue complacere. Volentes ei propterea graciam facere specialem canonicatum eiusdem ecclesie sic vacantem nulli alii de iure debitum cum plenitudine iuris canonici et omnibus iuribus et pertinenciis suis prout ad nos pertinet eidem duximus conferendum et discretum virum talem presentem investimus pro ipso tali absente et eius nomine per nostrum anulum de eodem. Decernentes forte ipsi in eadem ecclesia residentes de fructibus eiusdem providentes prout aliis in eadem residentibus providendum ac irritum et inane si secus super hiis a quoquam contigerit attemptari. Et deinde prior et canonici dicte ecclesie prefatum talem admittentes [?] in eorum decernentes [?] ecclesie canonicum et in fratrem eodem [?] personaliter in corporalem possessionem ecclesie eiusdem canonicatus et pertinenciis suis inducto. In cuius [illegible] etc.

Collacio canonicatus et prebende vacancium vel vacaturarum

186. Tali. Dilecto nobis in Christo salutem in Domino [illegible] etc. Canonicatum et prebendam in ecclesia vestra si qui vacant ad presens vel cum primum vacabunt de gracia speciali conferimus ac etiam providemus de illis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis mandantes et committentes dilectis nostris capellanis singulis et canonicis ecclesie quatenus te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende ecclesie predicte si vacant ad presens vel cum vacabunt

vt ppter